



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate  
Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

De castigatione carnis cap. xi

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

mea uigore pudicitie: & similia uerba. Is sane sentiet, qui  
hoc fecerit, auxiliū de sancto, & inuisibiliter adiutus can-  
tare mox poterit cum eodem propheta, Audiuit dñs,  
& misertus est mei, & ipse factus est adiutor meus. Ve-  
rum interorandum nobis solicite aduigilandum est, ne  
ineptis, & uanis uagationibus ita mēte aberrimus, et ab-  
strahamur à nobis ipsis, ut aliud ore, aliud corde dicam-  
us: quum uocis sonus cum sensu cordis, in oratione  
absc̄ illa discrepantia copulandus sit. Quā n. demenita  
nostra est, ab alienatis nobis, ac extra nos positis, uelle  
Deum attentum, & memorem nostri esse: ac nescientibus  
nobis quid precamur, preces nostras audire. Non est id  
sane orare Deum, neq; placare, sed Deum potius irritare,  
& infestū reddere, ac contra nos ipsos prouocare. Q uā  
ob rem orare dominum non labiis tantū, sed tota men-  
te, & toto corde debemus, & tunc minime dubitandum  
est quin postea efficax, & fructuosa sit nostra precatio, et  
apprime nostris usibus profutura.

De castigatione carnis. Cap. XI.

**V**eruntamen scias te tandem esse tutum posse in  
hoc certamine, qđiu sc̄minarum consuetudine,  
atq; conspectum caues: repellisq; obsecenas co-  
gitationes, atq; clamas frequenter ad dominum, et pro-  
pterea meminisse debes oportere te semper accinctum  
stare, et quocunq; locorum pergas hostem, qui cū asili  
due decertandum est semper in elle tibi. Intus enim et in  
te sunt insidiæ, intus periculum, intus bellum, et formida-  
bile certamen: ut iam nihilo sane magis ab externis hos-  
tibus, qđ ab intestinis odii, et domesticis instidiis uerendi  
sit. Caro quidē sua, qua tenetur quisq; captiuus, qđ pro-  
na est semper ad malum, et præcipue ad libidinem, nos  
bis quotidie uel potius singulis horis, atq; momētis, bel-  
lū indicit, nos oppugnat, nobiscū certat, et infestis signis,  
nulla spe pacis, aut induciarū intermissione configit. Pu-  
gnat inquit Apostolus caro aduersus spiritum, et spiritus

Gala. 5.

aduersus carnem. Ecce intestina bella dislidiumq; perpetuum atq; assiduus carnis spiritusq; conflictus absq; ulla penitus pacis spe. Hac ipsa pugna idem quoq; Paulus R. Rom. 7.  
 uas electionis, & usq; ad tertium cœlum raptus, quum aliquando senseret sese acrius agitari, q; uellet: ita secū de semetipso expostulans scribit. Video, inquit, alia legem in membris meis, repugnantem legimentis meæ, & caspiuantem me in lege peccati. Hinc & ille poeta ethnicus. Video meliora, proboq; Deteriora sequor. Est ergo caro ipsa humana, ad omniem uoluptatem, & uitium sua pie natura proclivis, ut non nisi animi imperio coacta, ac ui spiritus subiugata, castimoniam, aut uirtutem omnino sequi uelit, aut poscit. Quam ob rem quicunq; uoluerit in eiusmodi tam acerrimo conflicitu uictor euadere, nec sue effici cōcupiscentiæ captiuus, oportebit interim pernicioса quæcūq; & infesta uitare, & modis omnibus carnis petulantiam coercere, atq; eam ipsam continentia, et sobrietatis habenis compescere, & abstinentia, ieuiusq; rumq; parcitate reprimere. Est n. caro nostra haud multum dissimilis equo pabulo, ocioq; nimio exultanti: qui qto ualidior, atq; ferocior fuerit, tanto illi & peritiori auris ga & atriiori domitore. At opus. Q d si forte negligēte, et pauldū nactus fuerit magistrū, aut sua eū ferocitate desuetudinē dorso, aut in prupta deducēs inde statū dabit. Nō est ergo ut studeos uegetū, ac nimis ualens corpus habeat, nā qto illud fuerit ualidius, tanto acrius urgebit spiritū: et effectū ex eo intractabile, egrius parebit imperio rōnis. Norat id optime sāpe memoratus, ac memorādus Apostolus, qui de semetipso hæc scribit. Castigò, inquit, corpus meū, & inseruitutē redigo, ne quū aliis p̄dicauerim ipse reprobus efficiar. Macharilū quoq; Alexandrinū & ipsum hoc usum fuisse remedio legimus: q ad domādam carnē faccū sabulo plenū ad extremā usq; lasitudinem sāpius circumferre solebat: & interrogatus aliqñ à quodā, qd supuacua illa sibi uellet opa: respōdit. Nisi ita

1. Cor. 2.

LL. iiiii

DE RATIONE COERCEN. LIBID.

corpus affligerem, animæ periclitandum fuisset. Idem ferme præstituit Lithoforus monachus: qui per triennium et ultra ex consilio senioris, cui sese in disciplinam tradiderat, per grande saxum bis quotidie tria passuum milia humeris portare consueverat: et tantum abfuit, ut per persistam diu laboris illum unquam pigeret: ut post hæc tempora alacrior ad corpus magis fatigadum adiici adhuc aliquid priori oneri precaretur. Nec id temere, aut ab re à prudentissimis uiris factum fuisse credendum est. Non mirum (ut diximus) indomitaret effrænis est caro hominis, et nisi cura diligent, et studio solicito castigetur, uti immanis fera missa è cauea, exhilarata libertatis muscere, sicut acrius, q; ut pos sit amplius comprehenduntur culis, et uincta sub custodia contineri. Cohibenda itaque hæc ipsa in camo et freno, et ut equi ferocientis, non scire minus, quam uiolenter, eius est coercenda, atq; domanda proteruitas: ut domita tandem discat parere habens, fistiq; et agi, ad nutum, libitum q; selloris. Verum quia nemo est (modo is sanæ mentis sit) qui pro usu equitatum, et nouum: quam ob rem non is tatum quum opus fuerit equitare, exercendus erit, sed antea tempestive: ut semper quim uelimus, instructum, et domitum habere possimus. Ita quoq; quicunq; perdomitam habere libidinem uelit, discat domare carnē ab adolescentia, et optimis præceptis communire sese antea: ut par esse perculis possit. Quibus potissimum rebus fiat iam dicere aggrediamur,

De uigilia, iejunio, et parsimonia. Cap. XII.

**Q** Vicunq; autem caste uiuere, et carnem domare desyderat, uigiliis omnino intendere debet: neq; uillo pacto somno, desidiæq; uacare: hæc enim reddunt mentem ad resistendum temptationibus tardior